Trithemius, Johannes; Brant, Sebastian [Sonst.]; Heynlin, Johannes [Vorr.]: Liber de Scriptoribus Ecclesiasticis
Basel, [nach 28.VIII.1494] [GW M47578] [Sack 3502] Seite 7b



Et quædam alia.
Claruit cum Origene. Anno dñi. CC.ac.XXX.

TRiphon Origenis auditor atq; diſcipulus: ad quem illius nõnullæ extant epiſtolæ: uir tam ĩ diuinis ſcripturis q̃ in ſæcularibus litteris eruditiſſimus: ingenio ſubtilis & diſertꝰ eloquio: Scripſit græco ſermone quædam præclara opuſcula: quibus nomen ſuũ ad noticiã poſteritatis tranſmiſit: E qbus extãt ſubiecta:

De uacca rufa ĩ Deuteronomio: li. j
De qualitate ſacrificioꝝ: li. j
De columba & turture: li. j

Claruit temporibus Alexandri imperatoris. Anno dñi. CC.XXX.

MInutius fœlix cauſidicus: patria Romanꝰ: uir in ſæcularibꝰ litteris eruditiſſimus: & in diuinis lectionibus ſtudioſus: ingenio excellens & diſertꝰ eloquio: ſcripſit latino ſermone quædam præclara opuſcula: quibꝰ memoriã ſui poſteris cõmendauit. E quibꝰ extat dialogus inter chriſtianũ & hæreticũ: qui

Octauus inſcribitur: li. j
De fato contra mathematicos: li. j

Claruit Romæ ſub Alexandro imperatore. Anno dñi. CC.XXX.

BErillus arabiæ Botrenus epiſcopus: uir in diuinis ſcripturis eruditus: & in ſæcularibus egregie doctꝰ: cum aliquanto tempore glorioſe rexiſſet eccleſiam: in hæreſim paulianoꝝ tandem lapſus eſt: qui chriſtum ante mariã fuiſſe negabant: ſed ab Origene correptus: multa ſcripſit: E quibꝰ extat inter eos:

Dialogus habitus: li. j
Epl'arum ad diuerſos: li. j
Et quædam alia.

Claruit ſub Alexandro imperatore. Anno dñi. CC.XXXV.

HIppolytꝰ cuiuſdã urbis epiſcopus: cuiꝰ nomẽ Hieronymus nõ expræſſit: uir certe in diuinis ſcripturis & ſtudioſus & eruditꝰ: ſcripſit multa & pene incredibilia uolumina: ita ut Ambroſius de quo iam ſupius fecimꝰ mentionem: Origenem ad eius imitationem cohortari conſueuerit: atq; ad exponendas diuinas ſcripturas fortiter pſuaſerit: præbens ei ut diximus: ſeptem notarios: totidẽq; uelociſſimas in ſcribendo puellas: & librariorũ parem numerũ cum ſumptibus & expenſis eorundẽ. Cerneres pulchrũ & delectabile certamen: quo alter alterũ in editione librorũ ſupare magnopere cupiebat.

De opuſculis Hippolyti ſubiecta ferunť:

In hexaemeron: libri vj
In Geneſim: li. j
In Exodum: li. j
In Numeri: li. j
In Canticacanticorũ: li. j
In Zachariã prophetã: li. j
In Danielem: li. j
In Apocalypſin: li. j
In Prouerbia Salomonis: li. j
In Eccleſiaſten: li. j
De Saule & Phitoniſſa: li. j
De Antichriſto: li. j
Contra Marcionem: li. j
Contra omnes hæreſes: li. iij.

In pſalmos quoq; multos & uarios tractatꝰ edidit. Homelias etiã & ſermões pene innumerabiles. Et alia plura nobis adhuc incognita.
Claruit ſub Alexandro principe. Anno dñi. CC.XX.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/trithemius1494/0030
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg